IDEM BOROWSKI BANNITUS

Super Citationem Literalem Castreñ Capitañ Branscen̄ tenoris talis Franciscus Joannes in Klocsow Ternowski Branscen̄ etc Capitañ Vigore Regia et nostra Capitaneali autoritate Tibi Nobili Jacobo olim Mathei Borowski de Borowo Siepiotki heredi de bonis tuis omnibus mobilibus et immobilibus mandamus ut Coram Judicio nostro Castreñ Capitañ Branscen̄ in Terminis Judicialibus simul et Quarelarum ac Causarum officii Castreñ proxime in Bransko in Curia Regali feria secunda post datam præsentis Citationis prius et proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri et prius delatricis Nobilis Annæ Borowska Consortis Nobilis Stanislai Borowski Quæ te cum assistentia mariti sui uti tutoris conjugalis Citat ideo Quia dum tempore certo non ita pridem præterito Vicegerens cum Ministeriali et Nobilibus condescendebat ad te et bona tua in bonis Borowo Siepiotki consisten̄ teq ex eisdem bonis potenter eiici et Rumore præfatam delatricem in bona tua in Lucris per Lucris pœnis ac Vadiis triplicatis Coram Judicio nostro Surasensi et officio Castreñ Branscen̄ Ratione illationis Vulnerum in recenti Coram officio Castreñ Branscen̄ monstratorum et inscriptorum Quinquaginta marc Grosso Pollon̄ taxat Juridice perductor et obtentorum intromittere voluit. Extunc tu existens rebellis et Juri Communi Contrarius eam In tromissionem non admisisti imo temere denegasti quo facto pœnam Banitionis succubuisti. Citaris itaq ad videndum et audiendum te uti rebellem et Juri Communi Contrarium Banniri et proscribi Banitumq et proscriptum proclamari ulteriusq contra te Juridice procedi Contumatia tua non obstante ad præmissa Judicialiter sis responsurus. Datum in Curia Regia Branscen̄ Sabbatho post Festum Sancti Francisci Confessoris proxi Anno Dñi Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuiusquidem Citationis præinsertæ Copiam sigillatam Ministerialis Regni Gñalis providus Joannes Sitkacz ab una integra ante Terminum præsentem septimana in bonis Borowo Citati pro prius posuisse et publicasse recognovit. Memorata Actrix supra scriptum Citatum ad Judicium præsens Castreñ Branscen̄ per Ministerialem Regni Gñalem Nobilem Benedictum Prossenski Juridice

clamatum

et non comparentem in pœna Banitionis ex Regestri Ordine admittendo
Iudicio præsenti Iudicialiter condemnavit in vim autem condemnationis
eiusmodi Iudicium præsens Castren Capitan Branscen visa et conside
rata Citati clamati et non comparentis Contumacia et temeritate Iuri Com
muni et partis Actoris affectationi contentisq Citationi inhaerendo super
ipsum Citatum et bonis ipsius omnibus pœnam Banitionis decernit
ipsumq iam exnunc Banitum et de Regno Poloniæ Dominiisq eidem
annexis proscriptum esse pronunciat et ad publicandam eandem pœ
nam Banitionis Ministerialem suprascriptum Brossenski addicit et
deputat. Qui quidem Ministerialis præfatus Ius suæ deputationis re
ferens et eloco publicationis rediens recognovit se præfatam pœnam
Banitionis super præfatum Citatum ex instantia prænominatæ Actri
cis obtentam in loco solito Iudiciorum ac foro Oppidi huius Bran
in præsentia multorum et variæ Conditionis hominum pro tunc
congregatorum alta sua præconica voce proclamasse publicasse et
notitiæ debitæ omnium deduxisse de quo suam Rellationem fecit.

SCZAWINSKA BANNITA

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Io
annes in Kocnow Iesnowski Branscen etc Capitan vigore Regio et nostra Capi
taneali autoritate Vobis Generosis Isabellæ Srobkowna Consorti relictæ olim Gene
rosi Pauli Ferdinandi Sczawinski Notarii Terræ Bielscen Dominæ reformatorali
et advitalitiali nec non Alberto Stephano Iacobo Alexandro Casimiro filiis eiusdem Ge
nerosi olim Sczawinski de bonis vestris generaliter omnibus de Tyrosnia et Bokinie he
redibus mandamus ut in Terminis Iudicialibus simul et Quaerelarum ac Caesareis offi
cii Castren Branscen feria secunda post datam præsentis Citationis qua prius
vel proximius in Curia Regia Branscen celebrabuntur personaliter et peremptorie
compareatis ad instantiam Instigatoris et eiusdem delatoris Nobilis Iacobi olim Adæ
Bruszewski qui vos resuscitando causam et actionem suam post mortem olim Generosi
Pauli Ferdinandi Sczawinski Parentis vestri et Generosi Christophori fratris vestri
germani sterilitur de hac luce decessi ad eundem punctum et gradum Iuris in quo
causa præsens stetit præsertim minorennes cum assistentia de Iure incumbentium conitat
ad Baniendum et de Regno Poloniæ Dominiisq eidem annexis proscribendum pro eo
Quia vos